Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sponsi celestis ad eius nuptias
cum lampadibus introistis. Salue
te et gaudete que opera vestra xpo
Vidue fideliter in suis pauperibus dispensastis
Saluete et gaudete diuersis cum
virtutibus regnum introistis. Con
gratulamur vobis omnibus et orate
pro nobis missis in valle lacri
marum existentibus etc.
Insuper pro ampliori eleuacione mentis
ad illa futura gaudia videantur de
gaudiis celorum secundum ordinem alpha
beti. In regno celorum sunt hec gau
dia. Amocio omnis aduersitatis. Beatis
sima presencia omnis bonitatis. Con
sorcium omnium angelorum dulcissime
amenitatis. Dotes corporis summa
agilitas subtilitas impassibilitas
Excellenciora dona anime cognicio
comprehensio dileccio summe maiestatis
Fruicio speculi summe pulchritudinis
Gaudebit vnusquisque de meritis
singulorum honorabitur quilibet sicut filius
regis celorum. Iuuentus sine senio
Karitas sine omni odio. Lux iocun
dissima sine omni obscuritate. Ma
xima vocum iubilacio cum perpetua
securitate. Noticia omnium sciarum
sine dubietate. Odor mirorum de
lectabilis cum multiplici varietate. Pax
inestimabilis sine timore inimici. Quan
ta ibi sint gaudia non potest scribi
nec dici. Requies sine tedio tot
milium annorum. Sacietas plena
omnium spiritualium desideriorum. Tristicia
ibi non erit neque luctus neque clamor
Validissima potestas perpetua sanitas
et intimus amor xpus ibi hospes
sponsus pater filius rex domini et ange

De via de doctrinis Cap. 10m

Postquam omnis vie xpo dilecti
pliante sunt tales quales ex
pedite per acciones videantur
atque doctrine suauiores et promissa
que ut clausulatim pateat et reti
neri possint corde facilius ponen
tur ordine alphabeti et an imi
cium tamen clausule premittitur hec
clausula doctrina. De abstraccione
Volens frequenter meditari debet se abs
trahere et in se quantum potest extinguere
appetitum honorum cupiditate et diui
ciarum quia hec fantasmata distra
hunt meditantem. Bona vita de
bet continue viuere quia in maliuolam animam
non intrat spiritus sapiencie nec spiritus
meditacionis. Constanti fiducia ad
dilectum ut non facile desistat ab
ardore dilecti propter insultus temptacionum
Nititur autem diabolus impedire per di
uersa. Tu autem dic. Ego confido in eum
qui ait. Fili prepara in cor tuum
quia non vult mortem peccatoris qui peccato
res venit saluos facere. Nil durius
nec turbulentum de dilecto iudica
sed dic cum Iob Etiam si occiderit me
sperabo in eum. Disposicione corporali
Tu enim solus es potius diuersis uti
cerimoniis membrorum. Nunc orando
eleuare manus ut Moyses. Aliquando ge
nua flectere ut Salomon. Nunc te
prosternere ut xpus in monte oliueti
Nunc sedere ut Maria magdalena
ad pedes domini. Nunc brachia ad
modum crucis extendere ut xpus in cruce
Nunc oculos in terram deflectere ut
publicanus. Nunc in altum leuare ut
apostoli tempore ascensionis. et in diebus